

- civitatem non vendere etiam parva vel magna quantitate, sub pena libr. vigintiquinque par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, et si laborabunt salinas comunis Tergesti, solvere debeant datium comuni, sive daciario ad hoc deputato, de sale
- 5 quem vendent, tam de sale orto in salinis comunis quam alienis, scilicet sold. quatuor par. pro quolibet modio secundum quod solvere tenentur alii salinarii. ¶ Item si laborabunt in salinis de quibus datur sexterium comuni Tergesti, dare debeant sexterium de parte salis eisdem proveniente. ¶ Et quicunque laborabit in salinis comunis non sit ausus recipere ad laborandum nec laborare alienas salinas, sub pena libr. vigintiquinque par., et laborans in salinis comunis sit absolutus a vardis [et] supravardis de die et de nocte in civitate Tergesti, donec in ipsis salinis laborabit. ¶ Item non exire extra salinas vel domos ipsarum salinarum tempore noctis ab occasu solis usque ad ortum solis, nec etiam comburere aliquas vites viridas vel siccas, sub pena decem libr. par. pro quolibet salinario vel salinaria et vice qualibet contrafacta. ¶ Salvo quod venire possint Tergestum per mare. ¶ Item quod quilibet qui
- 20 segaverit fenum habere debeat tres sold. par. cum expensis, et sine expensis quatuor sold., et non audeat plus recipere, sub pena octo frx. pro quolibet; et si segaverit frumentum vel aliud bladum sive ligumen, recipere debeat unum frx. cum dimidio sine mana et non plus, // sub dicta pena. ¶ Et si
- 25 sariverit frumentum vel aliud bladum, habere debeat unum frx. et non plus pro quolibet, sub dicta pena. ¶ Item quod quilibet persona que laborabit cum aliis pro denariis sibi solvi fatiat infra medium annum, postquam ipsum laborerium fecerit,¹⁾ et sibi adhibeatur fides infra dictum tempus, et si sibi
- 30 non fecerit solvi infra dictum terminum, tunc elapso dicto medio anno fides adhibeatur domino laborerii, si solverit pro dicto laborerio vel non. Et predicta intelligantur de quolibet opere domorum terrarum operarum et vindemiarum, ubi instrumenta et precepta non essent. ¶ Item quod quilibet persona que laboret vineas sive salinas alienas ad medietatem,
- 35

¹⁾ faceret.